



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

49. Effecta

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

**E**xemplum istius confutationis habes in Arnobio contra Etrnicos, qui Christianos orbiterarum omnium malorum fontem extitisse dicebant, hoc ille primum irratione traducit.

**A**rnob. L. I.  
adversus gen.  
166.

Nunquid (inquit) postquam Christiani esse cōperunt, in contrarias qualitates, prima illa clementia militata sunt, ex quibus res omnes consenitum est esse concretas? Nunquid machina huius, & molis, qua viuēsi regimur, & continetur inclusi, parte est in aliqua relaxata, aut dissoluta constructio? Nunquid vertigo hæc mundi primigenij motus moderanam excedens, aut tardius repere, aut præcipiti coepit volubilitate raptari? Nunquid ab occiduis partibus attollere se altra, atque in ortu signorum fieri cōpta est inclinatio? Nunquid ipse siderum Sol princeps, cuius omnia luce vestiuntur, atque animantur calore, exarsit, intepuit, atque in contrarios habitus moderanis soliti temperamenta corruptit? Nunquid Luna deſiit redintegrare ſe ipſam, atque in veteres formas nouellarum ſemper reſtitutione traducere (ita ludit per interpretationem) mox ea, qua imputantur Christianis, ante Christianos contigisse conuincit. Casus, inquit, frequentissimi grandis accidentū, in literis priſcis non videmus imbreſ ſæcoſ totas ſæpe communuisse reģiones, difficiles pluviæ ſara faciunt emori, & sterilitatem indicunt terris. Immunis enim antiquitas malis ab his fuit, cum etiam lumina cognouerimus ingentia limis inhuiusſ ſecatis? Pestilentiæ contagia vrum genūſ humanum. Annalium ſcripta percurrit, vntuerſas diceret gentes ſepenumero defolatas, & viduatas ſuis eſt cultoribus. (Deinde) quando eſt humanum genus aquarium diluuijs interemptum, non ante nos? Quando mundus incensus in fauillas, & cineres diſtolitus eſt, non ante nos? Quando vibes amplissimæ marinis cooptae ſunt fluctibus, non ante nos? & cetera, quæ ille vastè proſequitur. Mox conſutatis iſis, quæ afferebantur cauſis, alias ſubiecti. Quid si enim prima materies, quæ in rerum quatuor elementa diſteſta eſt, miferiarum omnium cauſas ſuis continent irritationibus innoluntas? Quid si hydriū ſmotus eertis ſignis, partibus, temporibus, līneis, pariunt hæc mala, & ſubiectis affeſtunt variorum discriminū necessitates? Quid si statis temporibus rerum vicifitudoſ ſunt, atque ut in maritimijs aſtibus, m-

dò ſecundæ res affluunt, modò rurſus refluent malis reciprocantibus proſpera? Quid ſi materiæ fax iſta, quam ſub noſtris calcamus ingressibus, hanc habet ſibi legem datam, ut expiret noſcentiſſimos halitus, quibus corruptus aer iſte, & corporibus labem ferat, & negotia infirmiter humana? Quid ſi, quod proxi-  
mum vero eſt, qui eſt vobis videtur aduerſum mundo non eſt malum? Sic poterit hic locus diſerte amplificari.

### Effecta.

#### CAPVT XLIX.

**E**x ijs, quæ de cauſis hactenus dicta ſunt, facile eſt effectorum rationem cognoscere, quando effecta ſunt orta de cauſis, & habent perpetuum inter ſe commerçium. Vide Cuius  
Topic ſeu  
67. Quid ſit ut cauſæ in quatuor diſtincta ſpeci-  
es, tot effectorum creent genera: Eſt enim ſuſ euque effectus, quæ ſoboles addicta, ex quo virium ſuarum capit argumentum. Homo corporeus eſt, videtur, tangitur, palpatur, hoc habet a materia: ratio ematur, intelligit, ſapit, & id nactus eſt a forma: Tres  
facultates, in una anima præcellentē obtinet, intellectum, voluntatem, & memoriam. Cauſæ efficiētiſ, hoc eſt, Dei vniuersi in tribus  
personis character eſt eximius, & maximus. Ad æternū bonum ſe, ſua que dirigit, ad hoc  
finis propriiſ impellit. Ita euæque cauſa diſtinctos fortitutē effectus. Eſt autem huius lo-  
ci vius ampliſſimus, idemque ſecondiſſi-  
mus. Si genus demonstratiuum ſpecies, ſe-  
pius hoc pertinet in loco: quid enim illa re-  
rum geſtarum commemoratio aliud conterit, quam effecta? Si iudicialis generis habeat  
ratio, hoc loco fulcitur, cum præſertim,  
tam frequens facti, & infecti queſtiones a-  
girentur. In deliberaſtio quoq; genere mul-  
ta neceſſariō effecta, ſeipſus ex promenda ſunt,  
ſed hæc Vſu effici-  
rū ampli-  
muſ. Nunc inaccuracy ſe conſideret, ad tria potiſſimum utiliſſimum inueni-  
tur. Primum eſt, quod res eas, quas ſua natura  
texit, & quæ tenebrarum latibris vallavit, effectorum beneficio, quæ ſi ſobolem pa-  
rentes, agnoscamus. Si non plena, ſaltē rudis  
cognitione. Sic Deus O. M. ex effectis agno-  
ſit, ut argumentatur Minutius. At enim,  
quem colimus Deum, nec ostendimus, nec vide Minutius  
meus. In dō ex hoc Deum credimus, quod sum Felizis  
ſentire poffimus, videre non p. ſum. In ope- O. O. auſtis.

ribus enim eius, & in mundis omnibus motibus, virtutem eius, semper praesentem aspiciemus: cum tonat, fulgurat, fulminat, cum se senat. (Deinde) Eiras & homo, & falleris. Vnde enim Deus longe est, cum omnia cœlestia, terrenaque, & quæ extra istam orbis prouinciam sunt. Deo cuncta plena sunt. Vbiique non tantum nobis proximus, sed infensus est. In Solem adeò rufus intende: colo affixus, sed terris omnibus sparsus est. Pariter praesens vbique interest, & miscetur omnibus, nusquam enim claritudo violatur. Quanto magis Deus author omnium, ac speculator omnium, a quo nullum potest esse secretum, tenebris interest, interest cogitationibus nostris, quasi alteris tenebris! Non tantum sub illo agimus, sed cum illo (vt propè dixerim) vivimus. Ne nobis de nostra frequentia blandiamur, multi nobis videamus, sed Deo admodum paucis sumus.

**D. Cyprian. lib.** Sic ex eo quod videamus Dei nutu, tempora obsequit, spirare ventos, fontes fluere, grandescere messum copias, fructus mitescere, revinearum, exuberare pomis arbusta, nemora frondescere, prata florere, Dei bonitatem laudat Cyprianus. Ex eodem loco peruntur, virtutum, viriorum, affectum, quæ oculis corporeis minimè patent, argumenta. Ita non videatur? Audax, & minax iratorum vultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color versus, crebra, & vehementius acta suspiria, ira soboles, satis arguant qualis mater ipsa sit, siadhuc ignoras? Vnde, vt per iram spumant apries ora, dentes acuuntur attritu: Taurorum cornua iactantur in vacuum, & arena pulsu pedum spargitur: Leones fremunt, inflantur iratis colla serpentibus, rapidorum canum tristis aspectus est, ignorare non poteris, non leue monstrum esse, a quo tantus in omnibus animantibus fures pariatur. Si turbinem nescis, rapta ab eo armata, & totas naues in sublime elatas agnosce, quam vehemens, & furiosus sit, agnosces.

II. Ad narrationes, & descriptiones plurimum valent effecta, ex ijs enim res clarissime subiiciuntur oculis. Sic canina fames describatur ab Ouid.

— petit ille dapes sub imagine somni,  
Oraque vana mouet, dentemque in dente fatigat,  
Exercei que cibo delusum guttus inani,  
Proque opulis tenues, nequicquam denorat  
ANTRAE:

Vi vero est expulsa quies, furis ardor <sup>admodum</sup>  
Perque audita fauces, immensaque viscera  
regnat:  
Nec mera, quod pentus, quod terra, quod educta  
cas aer,  
Poscit, et appositus queritur ieiunia mensis,  
In quo opulis opulas quarit, quodque urbibus  
esse,  
Quodque sati poterat populo, non sufficie  
vni,  
Plusque cupit, quo plura suam demittit in al-  
hum.

Similia sunt infinita, quæ in libro descripti-  
onum reperies.

III. Ad amplificationes aptissimi sunt ef-  
fectus, & quo plures sunt, eò fusius rem exten-  
dunt. Recte autem tractantur per congeriem  
vibratam, & intercalam, vt **Patiencia** est, quæ <sup>D. Cyp. de</sup>  
nos Deo commendat & seruat. Ipsa est, quæ <sup>bona patien-</sup>  
tia.  
iram temperat, quæ linguam frenat, quæ  
mentem gubernat, pacem custodit, disciplinâ  
regit, libidini imperum frangit, tumoris vio-  
lentiam comprimit, incendium simultatis ex-  
tinguit, coeret potentiam diutium, inopiam pauperum resouer, tuerit in virginibus  
beatam integratem, in viduis laboriosam  
castitatem, in coniunctis, & maritatis indiu-  
duam charitatem, facit humiles in prosperis,  
in aduersis fortes, contra iniurias, & contu-  
macias mites, &c.

Quod ad vim, & usum argumenti attinet, **Vis huius**  
non est vbique ratum, malam esse caussam, ex **argumentis**,  
qua mali effectus prodeunt, fit enim plerunque, vt ex alio fonte manent effecta, quæ certis caussis ascribimus, cum ipse tantum per  
accidens concurrant, vt nobis est ferrum malum, quod interficit, sed nos ipsi improbi, qui  
id in mala nostra conuertimus, quod aduersus feras datum est. Et ita Seneca ventos bo-  
nos esse probat ab effectis permultis. Dedit, <sup>Senec. lib. 5.</sup> **qua. nat.**  
inquit, Deus ventos ad custodiendam coeli,  
terrarumque temperiem, ad euocandas, sup-  
primendas aquas, ad aleundos fatorum, ar-  
borumque fructus: quos ad maturitatem  
cum alijs caussis adducit ipsa iactatio, attrahens cibum in summa, & ne torpeat promouens, & cæt. At si lacerant nauigia, nostrum  
peccatum est, qui per avaritiam cle-  
mentia mundi confundi-  
mus.